ueritati. Omnis qui est ex ueritate audit meam uocem.
Dicit ei pilatus. Quid est ueritas. Et cum hoc dixisset
iterum exiit ad iudeos. Et dicit eis. Ego nullam inue
nio in eo causam. Est autem consuetudo uobis ut unū
dimittam uobis in pascha. Uultis ergo dimittam uobis
regem iudeorū. Clamauerunt rursum omnes di
centes. Non hunc sed barabban. Erat autē barab
bas latro. Tunc ergo adprehendit pilatus ihm et
flagellauit. Et milites plectentes coronā de spinis.
inposuerunt capiti eius. et ueste purpurea circum
dederunt eū. Et ueniebant ad eū. et dicebant. Aue
rex iudeorū. Et dabant ei alapas. Exiit iterum
pilatus foras et dicit eis. Ecce adduco eū uobis foras
ut cognoscatis quia in eo nullam causam inuenio.
Exiit ergo ihs portans spineam coronam. et pur
pureum uestimentū et dicit eis. Ecce homo. Cum
ergo uidissent eum pontifices et ministri. clama
bant dicentes. Crucifige crucifige eū. Dicit eis
pilatus. Accipite eū uos et crucifigite. Ego enim
non inuenio in eo causam. Responderunt ei iudei.
Nos legem habemus. et secundum legem debet mori.
quia filium di se fecit. Cum ergo audisset pilatus hunc
sermonem magis timuit. Et ingressus ē praetoriū
iterum et dicit ad ihm. Unde es tu. ihs autē respon
sum non dedit ei. Dicit ergo ei pilatus. mihi non lo
queris. nescis quia potestatem habeo crucifigere
te. et potestatem habeo dimittere te. respondit
ihs. Non haberes potestatē aduersum me ullam
nisi tibi esset datum desuper. Propterea qui tradi
dit me tibi maius peccatum habet. Et exinde quaere